

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni,
 item γ — — — — — dextræ conjungere dextram.
 Non etiam de nihilo est, quod, quemadmodum *decem* homini di-
 gitos, ita quoq; *decem* dederit præcepta observanda summus JEHO-
 VAH. Si istum numerum perfectum perfecisset Sodoma, β hodie
 adhuc staret, nam si *decem* in eâ justos Deus invenisset, sanè sulphu-
 re & igne pluvio non combussisset: Atq; hæc lex divina verè est *de-*
cumana, cujus virtus, perinde ut Moysis doctoris, *nullâ γ dierum lon-*
gitudine, nullâ operum multitudine deficit, ad quam nequicquam a-
 liquis conferat aut decumanos *fluctus*, aut decumana *ova*, aut de-
 cumana *scuta*, aut δ decumanas *partes castrorum*.

Plura adhuc, eaq; non adeò vulgaria, in numerorum ratione la-
 tent, quæ jam consultò heic omitto, uti & *ἀπὸ θύμων ἀνείων* sive divi-
 nationem, ex numeris, de quâ gravia & notabilia maximè habet
Gaspar Peucerus in prolixo de Divinationum generibus Commentario.
 Is eruditè conjectat, quia nullum expressius aut evidentius divinæ
 sapientiæ, exemplum reliquam sit in depravatâ hominum naturâ,
 quàm hæc ipsa numerorum notitia, quia miræ & variæ numero-
 rum inter sese proprietates sint atq; analogiæ *de quibus & dictum*
iam ex parte fuit, series non fortuita, sed aptissimè distributa, discri-
 mina varia & usibus pænè infinitis accommodata, inde factum, ut
 vim divinam numeris inesse non tam finxerint quàm crediderint,
 adeòq; proportionem numerorum ad politias, earundem periodos
 seu durationem, fatalesq; mutationes argutè transstulerint. Lu-
 sum quidem ingenii non magnoperè improbat, *sic careat Superstitio-*
ne, cum usu tamen conjunctam stultam illam & falsam persuasio-
 nem rectè reprehendit, tandemq; concludit, *his oraculorum fabricis*
& interpretibus sua commenta relinquenda esse: cui & nos pollicem
 omninò premimus, certi, ut in exemplum reamus, si aliquis diem
 obeat suum anno sexagesimo tertio, non propter annum illum o-
 bire, notum enim est quòd Cicero & multi alii hunc annum sint
 egressi sed quia aliæ & graviores causæ in illo ipso anno conven-
 rint, ex quibus ipsi moriendum fuit. Riserunt sanè inter sese sua
 deliria haruspices, harioli, augures, extispices, vates, quibus stulta
 illa

γ
 lib. IIX. v.
 164
 β
 Gen. XIIX,
 §. 32
 γ
 Luth. Tom.
 III. Ien. Lat.
 fol. 165. a.
 δ

De his Ange-
 lus Politian,
 Miscellan.
 cap. 86.

ϵ
 Tit. de Sorti-
 bus.